



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

CLXXXIV. Communicatio Privilegiorum, & Indulgentiarum Congregationi  
Benedictino-Bavaricæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](#)

re quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irrum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, Congregationum, Conventuum, & Monasteriorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo roborre permansuris, ad præmissorum effectum hanc vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, qua ipsi presentibus haberetur si forent exhibet, vel ostendit.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub anno Pif. die XXVI. Jun. MDCLXXXVIII. Pontificatus nostri anno Duodecimo.

## CLXXXIV.

Communicantur omnia privilegia, & indulgentiae Congreg. Helvetice Congregationi Bavariae Ordinis S. Benedicti.

*De Constitutionibus hujus Congreg. agitur Constitut. edit. 1687., Mar. 21., Pontif. II. Et ab Inn. XII. Constitut. ed. 1691., Aug. 11., Pontif. 2. eidem conceduntur privilegia Congreg. Casinensis.*

Dat. 20. Julii  
1688. An. 12.

## Exordium.

Referuntur  
ereditio d.  
Congregationis.

Præces Præ-  
fidiis, & Ab-  
batum pro  
Communicatione.

## INNOCENTIUS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

IN suprema Sedi Apostolica specula meritis licet imparibus ab æterno Pastore collocati ad uberes bonorum operum fructus, quos monasticæ Congregationes adipirante superni favoris auxilio in Ecclesia Dei proferre assidue fatigunt, paternæ dirigentes considerationis intuitum, rationi consentaneum reputamus, ut religiosa eorum studia, felicissime progressus, amplioribus in dies gratiarum, ac privilegiorum numeribus confoveamus, atque decoremus.

§. 1. Cum itaque Nos alias nonnulla Monasteria Monachorum Ordinis Sancti Benedicti in Civitate Ratisbonen., ac in dominio dilecti filii Nobilis viri Maximilian Emmanuelis utriusque Bavariae Ducis S. R. I. Principis Electoris respective consistentia in unum corpus universimus, & conjunxerimus, sicque unita, & conjuncta, ac alia Monasteria ejusdem Ordinis illis certotunc expresso modo aggreganda in novam Congregationem sub titulo Sanctorum Angelorum Custodum Bavaram nuncupandam, ad instar Congregationis Helvetica dicti Ordinis perpetuo erexerimus, & instituerimus, & alias prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 16. Augusti 1684. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberioris continetur. Et sicut pro parte dilectorum filiorum Cœlestini Præfidiis, nec non Visitatorum, & aliorum Ab-

batum dictæ Congregationis Bavariae Nobis subinde expositum fuit, ipsi omnia, & singula Indulta, Immunitates, gratias, aliaque privilegia quæcumque hactenus a Sede Apostolica Congregationi Helveticae præfatae, illiusque Monasteriis, Ecclesiis, Abbatibus, Monachis, & personis per nos, & Sedem eamdem pariformiter concedi, & communicari, ac propterea opportune sibi in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri plurimum desiderent: Nos speciale ipmis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulare personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, ac quarumcumque literarum Apostolicarum ad favorem memoratae Congregationis Helveticae quomodolibet, & quodcumque emanatarum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, supplicationibus eorumdem Exponentium nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super negotiis dicta Congregationis Bavariae deputatorum consilio, eidem Congregationi Bavariae, illiusque Monasteriis, Ecclesiis, Abbatibus, Monachis, & personis nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exceptiobibus, Indulgencie, gratiis, & Indultis tan spiritualibus, quam temporalibus, quæ Congregationi Helveticae præfata, ejusque Monasteriis, Ecclesiis, Abbatibus, Monachis, & personis hactenus per Sedem Apostolicam, etiam per viam communicationis, vel extensionis, ac etiam cum clausula prohibitia communicationis, aut alias quomodolibet, & qualitercumque concessa, & attributa fuerunt, ac quibus ipsa Congregationi Helveticae, illiusque Monasteria, Ecclesiæ, Abbates, Monachi, & persona hujusmodi de Jure, usi, consuetudine, privilegio, vel concessione Apostolica, in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possint, dummodo tamen sint in usu, nec revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si dicta Congregationi Bavariae, ejusque Monasteriis, Ecclesiis, Abbatibus, Monachis, & personis hujusmodi nominatim, & expresse concessa fuissent auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 2. Decernentes eadem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtainere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicae predicatori nuncios, judicari, & definiri debere; ac irrum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac nostra, & Cancelleria Apostolica Regula de non concedendis Indulgencias ad instar, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robortis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis

Concessio  
memorare  
Communicationis.

ANNO  
1688.

INNOCENTIUS UNDECIMUS. 599

ANNO

1688.

Causa ejus  
revocationis

& literis Apostolicis secundodictæ Congregatio-  
ni, illiusque Superioribus, & personis in genere,  
vel in specie, ac alias sub quibuscumque tenori-  
bus, & formis, ac cum quibusvis clausulis; & de-  
cretis etiam iteratis vicibus in contrarium prae-  
missorum quomodolibet concessis, approbatis, &  
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum  
teiores, præsentibus pro plene, & sufficienter  
expressis, ac de verbo ad verbum insertis haben-  
tes, illis alias in suo robore permansuris, ad prae-  
missorum effectum hac vice dumtaxat specialiter,  
& expresse derogamus, ceterisque contrariis qui-  
buscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici subscri-  
ptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate  
constituta munitus, eadem prorsus fides ubique lo-  
corum, tam in judicio, quam extra illud habe-  
tur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent  
exhibita, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub  
Anno Piscatorum die XX. Iulii MDCLXXXVIII. Pon-  
ticatus nostri Anno Duodecimo.

CLXXXV. Revocatur Breve segregationis quorundam Co-  
enobiorum Ordinis S. Francisci de Obseru. a  
Provinciis Veneta, & Bononiensi, necnon ag-  
gregationis corundem ad Provinciam Medio-  
lanensem.

De segregatione Cenobiorum in Hispania extat Con-  
stitut. ed. 1686., Jun. 28. Pont. 10. Et de divi-  
sione Provinciae S. Jacobi Innoc. XII. Constitut.  
ed. 1694., Maii 19. P. 3.

Dat. 30. Julii  
1688. An. 12.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX commissæ nobis divinitus dispensationis  
officio, ea interdum, quæ certis rationabilis-  
bus ex causis etiam a nobis concessa sunt, ipsa  
subinde rerum experientia suadente, & majoribus  
ex causis, quibus præsertim felici Christifidelium  
sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium  
statui, & salubri gubernio consolitum revocamus,  
& immutamus, in hisque solitudinis nostra stua-  
dium interponimus, prout conspicimus in Domini  
no salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem Nos dilecti filii nobilis  
viri Ferdinandi Caroli Mantuae, & Montis Fer-  
rati Ducis supplicationibus nobis humiliter por-  
rectis inclinati, nonnullos Conventus Fratrum  
Minorum Ordinis Minorum Sancti Francisci de  
Observeantia nuncupatorum in ejus statibus con-  
fidentes, nempe Conventus Sancti Francisci Mantua-  
, & Sanctæ Mariæ Gratiarum, ac Sancti  
Rocchi loci della Volta nuncupati, & S. Mariæ  
Angelorum Terræ Hostiliæ ad Provinciam Ve-  
netam, ac Conventus Terrarum Viadanæ, &  
Gualtallæ ad Provinciam Bononien. dicti Ordini  
respective, tunc spectantes, necnon Monas-  
teria Monialium, curæ, & gubernio Fratrum  
eorundem Conventum respective subiecta, a  
memoratis Veneta, & Bononiens. respective  
Provinciis auctoritate Apostolica perpetuo sepa-  
ravimus, & dismembravimus, ipsose Con-  
ventus sic separatos, & dismembratos, ac Mo-  
nasteria Monialium sic separata, & dismembrata  
Provincia Mediolanen. Ordinis prædicti iti-  
dem perpetuo univimus, coniunximus, anne-  
xiimus, & incorpóramus, & alias prout in  
nostris in simili forma Brevis die 18. Novem-  
bris 1683. defuper expeditis literis, quarum te-  
norem præsentibus pro plene, & sufficienter ex-  
presso, ac de verbo ad verbum inserto haberi

Referunt hu-  
jusmodi Bre-  
vis.

volumus, uberioris continetur. Cum autem sicut  
idem Ferdinandus Carolus Dux Nobis nuper  
exponi fecit, ex dismembratione, & incorpora-  
tione Conventuum, & Monasteriorum hujusmo-  
di plura in religiose tranquillitatis prejudicium  
exorta fuerint inconvenientia, adeo ut in Dis-  
sessorio Generali Familia Cismontanae Fratrum  
dicti Ordinis pro majori Dei servitio, & regu-  
laris disciplina progressu, necnon pro pacifico,  
legitimo, & regulato gubernio Conventuum, &  
Monasteriorum prædictorum, omnibusque emer-  
gentibus matura discussione perpenitus, nuper  
consultum fuerit Conventus, & Monasteria pra-  
fata propriis Venetæ, & Bononiens. respective  
antiquis Provinciis a quibus separata fuerint in-  
veniri, ac sub dictarum Provinciarum Ministris  
Provincialibus, ut antea fuerant, regi, eorum  
demque Ministrorum Provincialium Jurisdictioni,  
& gubernio respective subesse debere, quatenus  
nostrus desuper, & hujus Sanctæ Sedis, prævia  
præfatarum nostrarum literarum revocatione,  
ascensus accederet. Nobis propterea memoratus  
Ferdinandus Carolus Dux humiliter supplicari  
fecit, ut in præmissis opportune providere, &  
ut infra indulgere de benignitate Apostolica dig-  
naremur.

§. 2. Nos igitur piis ipsis Ferdinandi Caroli  
Ducis votis ad salubriorem Conventum, & Mo-  
nasteriorum prædictorum directionem tendenti-  
bus, quantum cum Domino possumus favorabi-  
liter annuere volentes, eumque a quibusvis ex-  
communicationis, suspensionis, & interdicti, aliis  
que Ecclesiasticis sententias, censuris, & penis a  
Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa  
latis, si quibus quomodolibet innodus existit,  
ad effectum præsentium dumtaxat consequendum  
harum serie absolventes, & absolutum fore cen-  
fentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, se-  
parationem, & dismembrationem supradictorum  
Conventum S. Francisci Mantuan., & Sanctæ  
Mariæ Gratiarum, ac Sancti Rocchi della Volta,  
& Sanctæ Maria Angelorum Terræ Hostiliæ, Ter-  
rarumque Viadanæ, & Gualtallæ, ac prædicto-  
rum Monasteriorum Monialium curæ, & guberni-  
o Fratrum eorumdem Conventum respective  
subjectorum a memoratis Veneta, & Bononiens.  
respective Provinciis, nec non unionem, anne-  
xionem, & incorporationem eorumdem Conven-  
tum, & Monasteriorum memorata Provincia  
Mediolanen. a nobis factas, ut præsenter, ac  
emanatas desuper literas nostras prædictas au-  
toritate prædicta tenore præsentium revocamus,  
cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque  
& effectu penitus, & omnino vacuamus; ac re-  
vocatas, cassatas, irritas, & annullatas, viribusque  
& effectu penitus, & omnino vacuas esse,  
& fore decernimus, & declaramus; ipsose Con-  
ventus, & Monasteria prædicta Venetæ, & Bononiens.  
respective Provinciis supradictis eadem au-  
toritate restituimus, ac ad formam regiminis,  
quo ante emanatas nostras literas respective gu-  
bernabantur, reducimus.

§. 3. Decernentes eadem præsentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, &  
pro tempore quandocumque spectabit inviola-  
biliter observari, & illis respective in omnibus  
& per omnia plenissime suffragari: Sicque in præ-  
missis per quoquaque Judices, Ordinarios, &  
Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici  
Auditores judicari, & definiti debere; ac irri-  
tum, & inane, si fecus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus prædictis nostris literis,  
aliisque præmissis, ac Constitutionibus, Ordi-  
nationibus Apostolicis, necnon Ordinis, &  
Provinciarum, ac Conventum, & Monaste-

Preces Ferdi-  
nandi Caroli  
Ducis Man-  
tuæ.

Revocatio  
Brevis, &  
Cenobia, ac  
Monialium  
Monasteria  
ad pristinum  
statum redi-  
cuntur.

Clausula.

riorum